

tio sit facta, uti in rem actione potest⁷: postea, non poterit. — § 1. Si servus mihi, vel filius familiæ fundum vendidit, et tradidit, habens libera peculii administrationem; in rem actione uti potero. Sed et si, domini voluntate⁸, fidomini rem tradat, idem dicendum erit: quemadmodum cum procurator voluntate domini vendidit, vel tradidit, in rem actionem mihi præstabit.

42. PAULUS, lib. 26, ad Edictum.

Si in rem actum sit, quamvis heres possessoris, si non possideat, absolvatur, tamen, si quid ex persona defuncti⁹ commissum sit, omnimodo in damnationem veniet.

43. *Idem*, lib. 27, ad Edictum.

Quæ religiosis¹⁰ adhærent, religiosa sunt: et idcirco, nec lapides inadificati, postquam remoti sunt, vindicari possunt: in factum autem actione petitor extra ordinem subvenitur, ut is, qui hoc fecit, restituere eos compellatur. Sed si alieni, sine voluntate domini, inadificati fuerint, et nondum functo monumento, in hoc detracti erunt, ut alibi reponerentur¹¹, poterunt a domino vindicari: quod si in hoc detracti erunt, ut reponerentur, similiter dominum eos repetere posse constituit.

44. GAIUS, lib. 29, ad Edictum provinciale.

Fructus pendentes pars fundi videntur¹².

45. ULPIANUS, lib. 68, ad Edictum.

Si homo sit, qui post conventionem restituatur, si quidem a bona fidei possessor, puto cavendum esse de *dolo solo* debere: ceteros, etiam de culpa sua: inter¹³ quos erit et bona fidei possessor post item contestata.

46. PAULUS, lib. 40, ad Sabinum.

Eius rei, que per in rem actionem petita, [tanti] estimata est, quanti in item actor juraverit, dominum statim ad possessorem pertinet¹⁴: transgesisse enim cum eo et decidisse videor eo pretio¹⁵, quod ipse constituit.

47. *Idem*, lib. 47, ad Plautium.

Hæc, si res præsens sit: si absens, tunc, cum possessionem ejus possessor nactus sit, ex officia actoris: et ideo non est alienum, non alter [item] estimari a judice, quam si caverit actor¹⁶, quod per se non fiat, possessionem ejus rei non traditum iri.

48. PAPINIANUS, lib. 2 Responsorum.

Sumpsus in prædium, quod alienum esse apparuit, a bona fide possesse facti, neque ab eo, qui præsumit donavit, neque a domino peti possunt: verum exceptione doli opposita¹⁷, per officium¹⁸ judicis aequitatis ratione servantur: scilicet si¹⁹ fructuum ante item contestatam perceptorum sursumptum excedant: etenim, admissa compensatione, superfluum sumptum, meliore prædicto facto, dominus restituere cogitur.

49. CELSUS, lib. 18 Digestorum.

Solum, partem²⁰ esse ædium existimo²¹: nec alioquin subjacere, uti mare navibus. — § 1. Meum est²², quod ex re mea superest, cuius vindicandi jus habeo.

50. CALLISTRATUS, lib. 2 Edicti monitorii.

Si ager ex emptionis causa, ad aliquem pertineat, non recte hac actione agi poterit, antequam²³ traditus sit ager, tuncque possessio amissa sit. — § 1. Sed heres de eo, quod hereditati obvenierit, recte agit, etiam si possessionem ejus adhuc non habuerit.

51. POMPONIUS, lib. 16, ad Sabinum.

Si in rem actum sit, et in heredem possessoris judicium datum [sit], culpa quoque, et dolus malus heredis in hoc judicium venit.

52. JULIANUS, lib. 53 Digestorum.

Cum autem fundi possessor ante item contestata dolo malo fundum possidere desit, heredes ejus in rem quidem actionem suscipere cogendi non sunt: sed in factum actio adversus eos reddi debebit, per quam restituere cogantur, quanto locupletes ex ea re facti fuerunt.

53. POMPONIUS, lib. 51, ad Sabinum.

Si fundi possessor eum excoluisse, sevissetve, [et postea] fundus evinatur, consta tollere non potest.

⁷ Arg. L. 4, § 3, in fin. inf. d. — ⁸ L. 1, § 3, inf. de except. rei vendi: — L. 9, § 2, in inf. de acquir. rer. domin. — ⁹ Add. L. 5, inf. h. t. — ¹⁰ L. 25, § 1, supr. eod. — ¹¹ L. 59, inf. eod. — ¹² L. 12, § 11, in fin. inf. de instruc. vel instrument. legati: L. ult. § 6, inf. quae in fraud. credi: L. 61, § 8, inf. de fort. — ¹³ Add. L. 51, § 5, supr. de heredit. peti: — ¹⁴ L. 1, L. 3, inf. pro empore. — ¹⁵ L. 7, § 1, inf. de Publician. in rem act. — ¹⁶ Immo vide L. 69, L. 14, in pr. supr. de offic. presid.: L. 12, inf. ad leg. Corn. de sicut: L. 9, § 8, ult. inf. ad leg. Pompej. de parciid. — ¹⁷ Ost. L. 26, in pr. inf. de acquir. rer. domin. — ¹⁸ L. 20, § 14, supr. de heredit. peti: — ¹⁹ L. 69, inf. h. t.

34. ULPIANUS, lib. 6 Opinionum.

Inter officium advocationis²⁴, et rei sue defensionem multum interest: nec propter quis, si postea cognoverit rem ad se pertinere, quod alii eam vindicanti tunc ignorans suam esse adsistebat, dominium suum apudit.

35. JULIANUS, lib. 55 Digestorum.

Si possessor fundi, ante judicium acceptum, duobus hereditibus relictis recesserit, et ab altero ex his, qui totum fundum possidebat, totus petitus fuerit, quin in solidum²⁵ condemnari debeat, dubitari non oportet.

36. *Idem*, lib. 78 Digestorum.

Vindicatio non ut gregis²⁶, ita et peculii recepta est, sed res singulas in cuius legatum peculium est, petet.

37. ALFENUS, lib. 6 Digestorum.

Is, a quo fundus petitus erat, ab alio ejusdem fundi nomine conventus est: quærebatur si alterius eorum jussu judicis fundum restituisset, et postea secundum alterum petitorum [res] judicaretur, quemadmodum non duplex damnum traheret? Respondi: uter prior judex judicaret, eum oportere ita fundum petitori restitui jubere, ut possessori caveret²⁷, vel sisardare, si alter fundum evicisset, eum prestat.

38. PAULUS, lib. 5 Epitomarum Alfeni Digestorum.

A quo servus petebatur, et ejusdem servi nomine cum eo furti agabatur, quærebatur, si utroque judicio condemnatus esset, quid se facere oportet, si prius servus ab eo evictus esset? Respondi, non oportere judicem cogere, ut um tradiceret, nisi ei satisfactionem esset (quod pro eo homine judicium accepisset) si quid ob eam rem datum esset, id recte prestari: sed si prius de furo judicium factum esset, et hominem noxæ dedisset, deinde de ipso homine secundum petitorum judicium factum esset, non debere ob eam rem judicem, quod hominem non traduceret, item estimare: quoniam nihil ejus culpa, neque dolo contigisset, quo minus hominem traduceret.

39. JULIANUS, lib. 6, ex Minicio.

Habitator in aliena ædifica fenestræ et ostia imposuit: eadem, post annum, dominus edificiorum dempsit: quero, is, qui imposuerat, posset ne ea vindicare? Respondi, posse: nam qua alieni ædificiis connecta essent, ea, quamdiu juncta manerent, eorumdem ædificiorum esse: simul atque inde dempta essent²⁸, continuo in pristinam causam reverti.

40. POMPONIUS, lib. 29, ad Sabinum.

Quod infans, vel furiosus possessor perdidit, vel corruptus, impunitum est²⁹.

41. JULIANUS, lib. 6, ex Minicio.

Minicus interrogatus, si quis navem suam aliena materia refecisset, num nihilominus ejusdem navis maneret? Respondi, manere. Sed si in ædificanda ea idem fecisset, non³⁰ posse, Julianus notat: nam proprietas totius navis, carina causam sequitur.

42. PAPINIANUS, lib. 6 Quæstionum.

Si navis a malæ fidei possessore petatur, et fructus æstimandi sunt, ut in taberna et area, qua locari solent. Quod non est ei contrarium, quod de pecunia deposita, quam heres non attingit, usuras præstare non cogitur³¹: nam etsi maxime vectura, sicut usura, non natura pervenit, sed jure percipitur, tamen ideo vectura desiderari potest, quoniam periculum navis possessor petitori prestare non debet, cum pecunia periculum dantis foeneretur. — § 1. Generaliter autem, cum de fructibus æstimandis queritur, constat animadversitatem debere, non an malæ fidei possessor fruiturus sit, sed an petitor frui potuerit, si ei possidere licuisset: quam sententiam Julianus quoque probat.

43. *Idem*, lib. 12 Quæstionum.

Si culpa, non³² fraude quis possessionem amiserit, quoniam pati debet estimationem, audiendus erit a judice, si desideraret, ut *adversarius actione sua cedat*: cum tamen prætor auxilium quandoque latus sit, quolibet alii possidente, nulla captione adficetur. Ipsa quoque, qui litis estimationem percepit, possidente, debet adjuvari: nec facile audiendus erit ille, si velit postea pecuniam, quam ex sententia judicis periculo judicati recepit, restituere.

44. *Idem*, lib. 12 Quæstionum.

Si culpa, non³³ fraude quis possessionem amiserit, quoniam pati debet estimationem, audiendus erit a judice, si desideraret, ut *adversarius actione sua cedat*: cum tamen prætor auxilium quandoque latus sit, quilibet alii possidente, nulla captione adficetur. Ipsa quoque, qui litis estimationem percepit, possidente, debet adjuvari: nec facile audiendus erit ille, si velit postea pecuniam, quam ex sententia judicis periculo judicati recepit, restituere.

DIGESTORUM LIB. VI, TIT. II.

64. *Idem*, lib. 20 Quæstionum.

Cum in rem agitur, eorum quoque [nomine] que usui, non fructui sunt, restituvi fructus certum est.

65. *Idem*, lib. 2 Responsorum.

Emptor prædium, quod a non domino emit, exceptione doli positum, non aliter restituere domino cogetur, quam si³⁵ pecuniam creditoris ejus solutam, qui pignori datum prædium habuit, usurarumque medii temporis superfluum recuperaverit: scilicet, si³⁴ minus in fructibus ante item perceptis fuit: nam eos usuris novis duxatax compensari, sumptuum in prædium factorum exemplo³⁵, aequum est. — § 1. Ancillam, que non in dotem data, sed in peculium [filia] concessa est, peculio filia non³⁶ legato, mancipium hereditarium esse convenit. Si tamen pater dotis ac peculii contemplatione filiam exheredavit, et ea ratione redditu, nihil ei testamento reliquit, aut eo minus legavit: filiam defensio tuebitur voluntatis.

66. PAULUS, lib. 2 Quæstionum.

Non ideo minus recte quid *nostrum esse* vindicabimus, quod abire a nobis dominium speratur³⁷, si conditio legati vel libertatis extiterit.

67. SCEVOLA, lib. 1 Responsorum.

A tute pupilli domum mercatus, ad ejus refectionem fabrum induxit: is pecuniam inventit: queritur, ad quem pertineat? Respondi: si non thesauri³⁸ fuerunt, sed pecunia forte perdita, vel per errorem ab eo, ad quem pertinebat, non ablata: nihilominus ejus eam esse, cuius fuerat.

68. ULPIANUS, lib. 81, ad Edictum.

Qui restituere jussus, judici non pareat, contendens non posse restituere, si quidem habeat rem, manu militari³⁹, officio judicis, ab eo possessio transfert: et fructuum duxatax, omnisque causa nomine condemnatio fit. Si vero non potest restituere, siquidem dolo fecit, qui minus possit, is quantum adversarius in item⁴⁰ sine ulla taxatione in infinitum juraverit, damnandus est. Si vero nec potest restituere, nec dolo fecit, quo minus possit, non pluris, quam [quantum] res est, id est, quanti adversarii interfuerit, condemnandus est. Hæc sententia generalis [est: et ad omnia,] sive interdicta, sive actions in rem, sive in personam sunt, ex quibus arbitratus judicis quid restituir, locum habet.

69. PAULUS, lib. 15, ad Sabinum.

Is, qui dolo fecit⁴¹, quoniam possideret, hoc quoque nomine punitur, quod actor cavere ei non⁴² debet, actiones, quas ejus rei nomine habeat, se ei præstaturum.

70. POMPONIUS, lib. 29, ad Sabinum.

Nec quasi Publicianam quidem actionem ei dandam placuit: ne in potestate cuiusque sit per rapinam ab invito⁴³ domino rem justo pretio comparare.

71. PAULUS, lib. 15, ad Sabinum.

Quod si possessor quidem dolo fecit, actor vero jurare non vult, sed quanti res sit, adversarium condemnari maluit, mos ei gerendus est.

72. ULPIANUS, lib. 16, ad Edictum.

Si a⁴⁴ Titio fundum emeris Sempronii, et tibi traditus sit, pretio soluto, deinde Titius Sempronius heres exiterit, et eundem alii vendiderit et tradiderit, aequum est, ut tu potius sis. Nam et si ipse venditor canem rem a te peteret⁴⁵, exceptione eum summovere. Sed et si ipse possideret, et tu peteres, adversus exceptionem, dominii replicatione uteris.

73. *Idem*, lib. 17, ad Edictum.

In speciali actione non cogitur possessor dicere, pro qua parte ejus sit: hoc enim petitoris munus est, non possessoris⁴⁶. Quod et in Publiciana observatur. — § 1. Superficiario⁴⁷,

74. PAULUS, lib. 24, ad Edictum.

(Id est, qui in alieno solo superficie ita habet, ut certam pensionem præstet.)

75. ULPIANUS, lib. 16, ad Edictum.

Prætor causa cognita in rem actionem⁴⁸ pollicetur.

76. GAIUS, lib. 7, ad Edictum provinciale.

Quæ de tota re vindicanda dicta sunt, eadem et de parte intelligenda

³³ L. 8, § 1, inf. communii divid. — ³⁴ L. 48, supr. h. t.; L. 1, in fin. inf. de pignorib. — ³⁵ L. 48, — ³⁶ L. 12, C. de collatione. — ³⁷ L. 12, § 2, inf. famil. crise; L. 205, inf. de reg. iur. — ³⁸ L. 51, § 1, inf. de adquir. rer. domin. L. 1, C. de thessaur. — ³⁹ L. 1, §

7. ULPIANUS, lib. 16, ad Edictum.

Sed et si res adjudicata sit¹⁰, Publiciana actio competit. — § 1. Si his¹¹ fuerit astimata, similis¹² est venditioni: et ait Julianus, lib. 22 Digestorum, si obtulit reus astimationem litis¹³, Publicianam competere. — § 2. Marcellus lib. 17 Digestorum scribit: Eum, qui a furioso, ignorans cum furore, emit¹⁴, posse usucapere: ergo et Publicianam habebit¹⁵. — § 5. Sed et si quis ex lucrativa causis rem accepit, habet Publicianam, quae etiam adversus donatorem competit: est enim justus possessor, et petitor, qui liberaliter accepit. — § 4. Si a minore quis emerit, ignorans eum minorem esse, habet Publicianam. — § 5. Sed et si permutatio facta sit, eadem actio competit. — § 6. Publiciana actio ad¹⁶ instar proprietas, non ad instar possessionis, respicit. — § 7. Si petenti mili rem, iusjurandum detuleris, egoque juraveris rem meam esse, competit Publiciana mili, sed adversus te dumtaxat¹⁷: ei enim soli nocere debet iusjurandum, qui detulit. Sed si possessori¹⁸ delatum erit iusjurandum, et juraverit rem petitoris non esse, adversus eum solum petentem exceptione tetur, non ut et habeat actionem. — § 8. In Publiciana actione omnia eadem¹⁹ erunt, quae et in rei vindicatione diximus. — § 9. Haec actio et heredi, et [in] honorariis successoribus²⁰ competit. — § 10. Si ego non emero, sed servus meus²¹, habeo Publicianam. Idem et si procurator meus, vel tutor, vel curator, vel quis alius negotium meum gerens emerit. — § 11. Praetor ait, qui bona fide emit. Non igitur omnis emptio proderit, sed ea, quae bona fide habet. Prinde hoc sufficit, me bona fide emptorem fuisse, quamvis non a domino emerim, licet ille callido consilio vendoriderit: neque enim dolus vendoris mili nocebit²². — § 12. In hac actione non obterit mili, si²³ successor sum, et dolo feci, cum is, in cuius locum successio, bona fide emissem: nec proderit si dolo careo, cum empotor, cui successi, dolo fecisset. — § 13. Sed enim si servus meus emit²⁴, dolus ejus erit spectandus, non meus: vel contra. — § 14. Publiciana tempus emptionis continet: et ideo nequod quo ante emptionem, nequod postea dolo malo factum est, in hac actione deduci, Pomponio videtur. — § 15. Bonam autem fidem solius empiriorum continet. — § 16. Ut igitur Publiciana competit, haec debent concurre: ut et bona fide quis emerit, et ei res empta, eo nomine sit tradita²⁵. Ceterum ante traditionem, quamvis bona fide quis empot sit, experiri Publiciana non poterit. — § 17. Julianus lib. 7 Digestorum scripsit: Traditione rei empta oportere bona fide fieri²⁶: ideoque si sciens alienam possessionem adprehendit, Publiciana eum experiri non posse: quia usucapi non poterit. Nec quisquam putet, hoc nos existimare, sufficie initio traditionis ignorasse rem alienam, ut quis possit Publiciana experiri: sed oportere et tunc bona fide empotorum esse.

8. GAIUS, lib. 7, ad Edictum provinciale.

De pretio vero solio nihil exprimitur: unde potest conjectura capi, quasi nec sententia praetoris ea sit, ut requiratur, an soluum sit pretium.

9. ULPIANUS, lib. 16, ad Edictum.

Sive autem empotor res tradita est, sive heredi empotoris, Publiciana competit actio. — § 1. Si quis rem apud se depositum, vel sibi commodatum erit, vel pignori sibi datum, pro²⁷ tradita erit accipienda, si post emptionem apud eum remansit. — § 2. Sed et si praecessit traditio emptionem, idem erit dicendum. — § 5. Item si hereditatem emero, et traditam mihi rem hereditarium petere velim, Neratus esse scribit Publicianam. — § 4. Si duobus quis separatis vendoriderit bona fide ementibus, videamus, quis magis Publiciana uti possit: utrum is, cui priori res tradita est, an is, qui tantum emit. Et Julianus lib. 7 Digestorum scripsit: ut, si quidem ab eodem non domino emerit, potior sit, cui priori²⁸ res tradita est: quod si a diversis non dominis, melior²⁹ causa sit possidentis, quam petentis: quae sententia vera est. — § 5. Hac actio in his, quae usucapi non possunt, puta furtivis³⁰, vel [in] servis fugitiis³¹, locum non habet. — § 6. Si servus hereditarius ante fiditam hereditatem, aliquam rem emerit, et traditam sibi possessionem amiserit, recte heres Publiciana uitetur, quasi ipse possedisset. Municipes quoque, quorum servis tradita est, in eadem erunt conditione:

10. PAULUS, lib. 19, ad Edictum.

Sive peculiari nomine servus emerit, sive non.

Inst. de usucap. — 31. L. 1, C. de serv. fugitiis. — 32. L. 45, § 1, iusr. de adquir. rer. domin. L. 5, iusr. pro empotor. — 33. L. 5, in fin. supr. h. t. 14. L. 1, C. de contrah. empt. — 15. Obst. L. 2, § 16, iusr. pro empotor. — 16. Add. 8, iusr. h. t. 17. L. 5, § 3, fin. iusr. de jurecur. — 19. L. 11, in pr. iusr. d. 1. — 19. Add. 8, iusr. h. t. 20. L. 5, § 3, fin. iusr. de jurecur. — 21. L. 9, in fin. iusr. eod. — 22. L. 4, § 5, iusr. de dol. mali et met. except. — 23. L. 6, iusr. de tit. nere actuosa privat. — 24. L. 14, iusr. de contrah. empt. — 25. L. 1, iusr. h. t. 1. — 26. L. 1, iusr. de usucap.; L. 2, iusr. pro empotor. — 26. Add. 2, iusr. h. t. 1. — 27. L. 1, iusr. h. t. 45, iusr. de rei vind. — 41. Add. 2, iusr. h. t. 1, iusr. h. t. 2. — 42. L. 7, § 4, iusr. commun. divid. — 43. L. 13, in pr. iusr. de usucap. — 44. L. 25, § 1, iusr. de probat. — 45. Vide tunica L. 4, § 2, iusr. de except. rei vend.

11. ULPIANUS, lib. 16, ad Edictum.

400
11. ULPIANUS, lib. 16, ad Edictum.

Si ego emi, et mea voluntate alii res sit tradita, imperator Severus rescrispsit, Publicianam [ill] dandam. — § 1. Si de usufructu agatur tradito³², Publiciana datur. Itemque servitutibus urbanorum prædiorum per traditionem constitutis, vel per patientiam³³, forte si per domum quis suam passus est aquaductum transduci: item rusticorum: nam et hic traditionem, et patientiam tuendam constat. — § 2. Partus ancillæ furtive, qui apud bona fide emptorem conceptus est, per hanc actionem petendus est: etiam si ab eo, qui emit, possessus non est. Sed hanc actionem non habet: quia³⁴ vitiorum defuncti successor est. — § 3. Interdum tamen, licet furtiva mater distracta non sit, sed donata ignorantia mili, et apud me conceperit et pepererit, competit mili in partu Publiciana, ut Julianus ait: si modo eo tempore, quo experiar, furtivam matrem ignorem. — § 4. Idem Julianus generaliter dicit, ex qua causa matrem usucapere possem, si furtiva non esset, ex³⁵ ea causa partem me usucapere, si furtivam esse matrem ignorabam. Ex omnibus igitur casibus Publicianam habeo. — § 5. Idem est et si ex parte partus est: et si non natus, sed post mortem matris, executo ventre ejus, extractus est, ut [et] Pomponius [lib. 40] scripsit. — § 6. Idem ait, adiutori emptis, si fuerint dirute, ea, quae adiutorio accesserunt, hujusmodi actione petenda. — § 7. Quod tamen per alluvionem fundo accessit, simile sit ei, cui accedit: et ideo, si ipse fundus Publiciana peti non potest, non hoc petetur: si autem potest, et ad partem, quae per alluvionem accessit, et ita Pomponius scribit. — § 8. Idem adjicit, et si statuë emptæ partes recise petantur, simile actionem proficer. — § 9. Idem scribit: Si aream emero, et insulam in ea adificare, recte me Publiciana usurum. — § 10. Item inquit: Si insulam emi, et ad aream ea pervenit, nec proderit si dolo careo, cum empotor, cui successi, dolo fecisset. — § 13. Sed enim si servus meus emit²⁴, dolus ejus erit spectandus, non meus: vel contra. — § 14. Publiciana tempus emptionis continet: et ideo nequod quo ante emptionem, nequod postea dolo malo factum est, in hac actione deduci, Pomponio videtur. — § 15. Bonam autem fidem solius empiriorum continet. — § 16. Ut igitur Publiciana competit, haec debent concurre: ut et bona fide quis emerit, et ei res empta, eo nomine sit tradita²⁵. Ceterum ante traditionem, quamvis bona fide quis empot sit, experiri Publiciana non poterit. — § 17. Julianus lib. 7 Digestorum scripsit: Traditione rei empta oportere bona fide fieri²⁶: ideoque si sciens alienam possessionem adprehendit, Publiciana eum experiri non posse: quia usucapi non poterit. Nec quisquam putet, hoc nos existimare, sufficie initio traditionis ignorasse rem alienam, ut quis possit Publiciana experiri: sed oportere et tunc bona fide empotorum esse.

12. PAULUS, lib. 19, ad Edictum.

Cum sponsus sponsa servum donasset, eumque in dotem accepisset ante usucapionem: scriptum est a divo Pio, divortio facto restitendum esse servum: nam valuisse³⁶ donationem, inter sponsum et sponsam. Dabitur ergo ei possidenti exceptio: et, amissa possessione, Publiciana³⁷: sive extraneus, sive donator possideat. — § 1. Is, cui ex Trebelliano hereditas restituta est, etiam si non fuerit nancus possessionem, uti potest Publiciana. — § 2. In vectigalibus, et in aliis prediis, qua usucapi non³⁸ possunt, Publiciana competit³⁹, si forte bona fide mili tradita sunt. — § 5. Idem est et si superficiariam⁴⁰ insulam a non domino bona fide emero. — § 4. Si res talis fit, ut eam lex aut constitutio alienari prohibeat, eo casu Publiciana non competit: quia his casibus neminem praetor tuerit, ne contra leges faciat. — § 5. Publiciana actione etiam de infante servo nondum anniculio uti possumus. — § 6. Si pro parte quis rem petere vult, Publiciana actione uti potest. — § 7. Sed etiam is, qui momento possedit, recte hac actione experiretur.

13. GAIUS, lib. 7, ad Edictum provinciale.

Quacumque sunt justæ cause adquirendarum rerum⁴¹, si ex his causis nanci res amiserimus, dabitur nobis, earum rerum persequendarum gratia, hæc actio. — § 1. Interdum quibusdam nec ex justis possessionibus competit Publicianum judicium: namque pignoratia, et precaria⁴² possessiones justæ sunt, sed ex his non solet competere tale judicium: illa scilicet ratione, quia neque creditor⁴³, neque is, qui precario rogavit, eo animo nanciscitur possessionem, ut credat se dominum esse. — § 2. Qui a pupillo emit, probare⁴⁴ debet, tutore autore, lege non prohibente, se emisse. Sed [et] si deceptus falso tutore [autore] emerit, bona fide emisse videtur.

14. ULPIANUS, lib. 16, ad Edictum.

Papinius lib. 6 Questionum scribit: Si quis prohibuit, vel denunciavit, ex causa venditionis tradi rem, que ipsius voluntate a procuratore fuerat distracta, et is nihilominus tradiderit, emptorem tuebitur praetor, sive possideat, sive petat rem⁴⁵: sed, quod judicio empti procurator emptori præsterit, contrario judicio mandati consequetur: potest enim fieri, ut emptori res auferatur ab eo, qui venire mandavit: quia per ignorantiam non est usus exceptione, quam debuit opponere: veluti, si non autor meus ex voluntate tua vendidit.

15. POMPONIUS, lib. 3, ad Sabinum.

Si servus meus, cum in fuga sit, rem a non domino emat, Publiciana mihi competere debet, licet possessionem rei tradite per eum nancius non sim⁴⁶.

402
4. PAULUS, lib. 2, ad Edictum.

Ususfructus in multis casibus pars¹⁵ dominii est, et exstat, quod vel præsens, vel ex die¹⁴ dari potest.

5. PAPINIANUS, lib. 7 Questionum.

Ususfructus [et] ab initio pro parte¹⁵ indivisa vel divisa constitui, et legitimo tempore similiter¹⁶ amitti, eademque ratione per legem Falcidam minui potest¹⁷. Reo quoque promittendi defuncto, in partes hereditarias ususfructus obligatio dividitur: et, si ex communi prædio debeat, uno ex sociis defendente, pro parte defendentis fiet restitutio.

6. GAIUS, lib. 7, ad Edictum provinciale.

Ususfructus pluribus modis constituitur: ut ecce si legatus¹⁸ fuerit. Sed et proprietas deducto ususfructu legari potest, ut apud heredem maneat ususfructus. — § 1. Constituit adhuc ususfructus, et in judicio familiae erescundae, et communi dividendo, si judex alii proprietatem adjudicaverit, alii ususfructum¹⁹. — § 2. Adquiritur autem nobis ususfructus non solum per²⁰ nosmetipsos, sed etiam per eas quoque personas, quas juri nostro subiectas habemus. — § 3. Nihil autem vetat, servo meo herede instituto, legari proprietatem deducto ususfructu.

7. ULPIANUS, lib. 17, ad Sabinum.

Ususfructu legato omnis fructus rei ad fructuarium pertinet. Et aut [rei] soli, aut rei mobilis ususfructus legatur. — § 1. Rei soli, utputa aedium, ususfructu legato, quicumque redditus est, ad ususfructuarium pertinet: queque obventiones sunt ex adiustis, ex areis, et ceteris, quecumque aedium sunt. Unde etiam mitti eum in possessionem vicinarum aediorum causa damni infecti²¹, placuit: et jure domini possessurum eas aedes, si perseveretur non caveri: ne quicquam amittere finito ususfructu. Hac ratione Labeo scribit, nec adiustum licere domino²², te invito, alius tollere: sicut nec, area ususfructu legato, potest in area adiustum ponit: quam sententiam puto veram. — § 2. Quoniam igitur omnis fructus rei ad eum pertinet, reficere quoque eum aedes per arbitrium cogi, Celsus scribit. [Celsus] lib. 18 Digestorum. Hactenus tamen, ut sarta²³ tecta habeat: si qua tamen vetustate corruissent, neutrum cogi reficere: sed si heres reficeret, passurum fructuarium uti. Unde Celsus de modo sarta tecta habendi querit: Si qua vetustate corruerunt, reficere non cogitur: modica igitur reficito ad eum pertineat, quoniam et alia onera²⁴ adgnoscit, ususfructu legato: utputa stipendium, vel tributum²⁵, vel salarium, vel alimenta ab ea re relicta, et ita Marcellus lib. 43 scribit. — § 3. Cassius quoque scribit lib. 8 Juris civilis, fructuarium per arbitrium cogi reficere, quemadmodum adserere²⁶ cogit arbores; et Aristoteles notat, haec vera esse. Neratus autem lib. 4 Membranarum ait, non posse fructuarium prohiberi, quo minus reficere: quia nec arare prohiberi potest, aut colere: nec solum necessarias refectiones facturum, sed etiam voluptatis causa, [ut] tectoria, et pavimenta, et similia [facere]: neque autem ampliare, nec utile²⁷ detrahere posse,

8. Idem, lib. 40, ad Edictum.

Quamvis melius repositurus sit, Quae sententia vera est.

9. Id. m, lib. 17, ad Sabinum.

Item, [si fundi] ususfructus sit legatus, quidquid in fundo nascitur, quidquid²⁸ inde percipi potest, ipsius fructus est: si tamen, ut boni viri arbitratu fruatur. Nam et Celsus libro octavodecimo Digestorum scribit, cogi cum posse recte colere. — § 1. Et, si apes in eo fundo sint, earum quoque ususfructus ad eum pertinet. — § 2. Sed si lapidinæ²⁹ habeat, et lapidem cedere velit, vel cretifodina habeat, vel arenas, omnibus his usurum Sabinus ait, quasi bonum patremfamilias: quam sententiam puto veram. — § 3. Sed si haec metallæ post ususfructum legatum sint inventa, cum totius agri relinquatur ususfructus, non partium, contineantur legato. — § 4. Huic vicinius tractatus est, qui solet in eo, quod accessit, tractari: et placuit, alluvionis quoque ususfructum ad fructuarium pertinere. Sed si insula juxta fundum in flumine natu sit, ejus ususfructus ad fructuarium non pertinere Pegasus scribit, licet proprietati accedit: esse enim veluti proprium fundum, cuius ususfructus ad te non pertinet: que sententia non est sine ratione. Nam ubi latitat incrementum, et ususfructus augetur: ubi autem apparat separatum, fructuario non accedit. — § 5. Autciporum quoque et venationum³⁰

fin. Inst. eod. — 11. Infr. quib. mod. ususfr. amitt. — 12. Vide tamen L. 19, infr. de usu habitat. — 13. L. 8, in pr. iusr. de reb. auctor, judic. possid. Ostat. L. 25, in pr. iusr. de verb. sign. — 14. L. un. § 3, iusr. quando dies ususfr. legat: L. 16, § 2, iusr. famili. ericte. vide tamem L. 4, in pr. iusr. de servit. — 15. L. 1, § 2 g, iusr. ad leg. Falcid. — 16. L. 25, iusr. iofr. de damno infret. — 17. L. 3, iusr. de administr. rem publice. add. L. 2; C. de locat. prædior. civil. — 18. L. 16, in fin. iusr. de leg. Falcid. — 19. L. 2, iusr. de leg. Falcid. — 20. L. 27, L. 22, L. 25, L. 24, iusr. — 21. L. 15, § 2, iusr. de loco publice. — 22. L. 15, § 2 g, iusr. de super. h. t. — 23. L. 1, in fin. iusr. de loco publice. — 24. L. 15, § 2, iusr. de leg. Falcid. — 25. L. 22, iusr. — 26. L. 27, L. 23, iusr. — 27. L. 28, iusr. — 28. L. 29, iusr. — 29. L. 30, iusr. — 30. L. 31, iusr. — 31. L. 32, iusr. — 32. L. 33, iusr. — 33. L. 34, iusr. — 34. L. 35, iusr. — 35. L. 36, iusr. — 36. L. 37, iusr. — 37. L. 38, iusr. — 38. L. 39, iusr. — 39. L. 40, iusr. — 40. L. 41, iusr. — 41. L. 42, iusr. — 42. L. 43, iusr. — 43. L. 44, iusr. — 44. L. 45, iusr. — 45. L. 46, iusr